



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§. XLV. Verschiedene Chur- und Fürsten antworten aud die Frantzösischen Excitatoria, den Congress zu beschicken: N. I. Marggraf Christians zu Brandenburg Antwort-Schreiben an die Frantzösische ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1644.
Nov.

Cammer-Gericht rechtmäßige Sachen, nicht am Kayserlichen Hof advociret, sondern denenselben ihr starcker Lauff gelassen, unterdessen die höchstbeschwerlichen process und executiones, wordurch die Stände endlichen, um das wenige, so ihnen der leidige Krieg noch übrig gelassen, gleichsam sub specie juris vollends gebracht, und damit noch härter, als bey wählender Reichs-Unruhe beschweret und ruiniret werden dörrften, eingestellt verbleiben mögen.

1644.
Nov.

19) Den modum agendi auf gleiche Art wie bey dem Passauschen Vertrag, einzurichten trachten.

Welchergestalt die Abgesandten de modo agendi & procedendi zu instruiren, hat man diß Orts auf Form und Weise, wie es bey dem Passauschen Vertrag gehalten worden, das Abschen zu richten, daß nemlich des Heiligen Römischen Reichs Churfürsten und Stände zusammen zukommen, von dem Frieden zu deliberiren, gleichsam aus einem Munde zu reden, hernacher mit den Kayserlichen Gesandten zu communiciren, und sich so viel möglich einer Gleichstimmigkeit und zwar Crayß-Weise, wo es anders zu erhalten, zu vereinbaren.

20) Und allenfalls ihre exclusion, von den Tractaten bey den Kayserlichen erst glimpfflich, dann ernstlich verhüten.

Im Fall aber die Kayserliche Commissarien der Fürsten und Stände Legaten nicht admittiren wolten, so haben dieselben Anfangs mit aller Bescheidenheit und Glimpff wohlgedachten Kayserlichen Gesandten, der Fürsten und Stände, wohlbesugtes Recht nothdürfftig zu remonstriren, und dabey nicht zu unterlassen, zuserst der Chur: dann anderer Fürsten und Stände Abgeordneten Einrathens und assistenz sich zu gebrauchen, auch so viel sich thun lassen will, mit den ausländischen Cronen zu communiciren, und keinesweges in die exclusion zu verwilligen.

Solten aber die Catholischen sich abwendig machen lassen, oder sonst separiren, so haben jedoch die Evangelischen einen Weg als den andern ihr Gewissen gegen ihre Herrschafften und posterität zu verwahren, und an ihrem Ort zu einiger Trennung nicht leichtlich Ursach zu geben; Daneben sich gewisser Posten zu vergleichen, und jedesmahls den Verlauff zurück zu berichten.

Wormit diese vertrauliche Conferenz vor dießmahl beschlossen. Signatum den 19. Novembris Anno 1644.

§. XLV.

Verschiedene Chur- und Fürsten antworten auf die Französische

Was endlich sonst die Französische excitoria bey vielen Chur- und Fürsten des Reichs, vor Würckung, in Beschickung des Congressus gehabt, stehet aus nachfolgenden verschiedenen Antwort-Schreiben zu ersehen:

sche excitoria, den Congress zu beschicken.

N. I.

CHRISTIANUS &c.

Illustrissimi, Generosissimi Domini Legati,
Nobis perquam dilecti.

N. I. Marggraf Christians zu Brandenburg Antwort-Schreiben an die Französische Gesandten.

Serenissimi ac Potentissimi Principis, Domini LUDOVICI, Gallia & Navarra Regis, Domini Cognati Nostri honoratissimi, literas de Pacis studio declaratorias, & ad Congressum Monasteriensem invitatorias, junctis vestris, rectè accepimus. Quæ mens sit Nostra erga Regiam Serenitatem ipsius, & circa dictum negotium pacis, Monasterii & Osnabrugæ institutum, Domini Legati intelligent ex responso Nostro, cujus authenticum quæsumus ad locum constitutum, ne grave sit, curare. Quod vero impedimentum, quod in Præliminaribus hætenus intercessit, adhuc intercedere velle videatur; haud gratum nobis accidit: Sed penes quos hætenus steterit, judicium Nobis non sumimus, illud solummodò tangentes, quod, quæ sit totius Franconici Circuli voluntas ac votum, percipient Domini Legati ex ejusdem responforiis: ad quas Nos referimus. Faxit Deus,

1644. us, ut ne minima amplius Legationis maturandæ mora vel impedimentum 1644.
Nov. interveniat, cui equidem removendo, quantum poterimus, omnem ope-
ram impendemus. Modo Salvis Conductibus Cæsareis æque ac Vestris Gal-
licis, ad securè Monasterium accedendum, & ibidem, quod res est, agen-
dum, instruamur. Ji enim, quos à Dominis Svecicis accepimus, Osnabru-
gæ tantum mentionem faciunt.

Utut vero Tractatus utrobique instituendi pro uno eodemque negotio
& conventionem æstimari debent, Vos ipsi, Domini Legati, tamen facile judi-
cabitis, omnino Principes ac Status Monasteriensibus æquè ac Osnabrugensibus
securitatis literis opus habituros. Difficillimum negotium hoc, Pa-
cem tam diu exultantem revocare & reducere, nemo non fatebitur: Pro-
verbii enim vice jam olim usurpatum est, *Sarcire concordiam, quam rumpere,
difficilius.* Sed persistendum est, omnesque salebræ magno conatu superan-
dæ, nec id valet præstare quisquam, si Deus non rexerit consulta Princi-
pum, extiteritque Dux Ducum, qui vota & consilia eorum ad exitum du-
cat bonum, & tranquillum statum nostræ afflictæ Patriæ. Deus Ter Opt.
Max. de parastatis & adiutoribus hujus saluberrimæ operæ benignissimè
prospiciet, & quod precamur, hunc laborem non finet esse inanem.

Ejusdem protectioni Dominos Legatos etiam atque etiam recommenda-
mus. Dab. in Aula nostra Baruthina d. 16. Mensis Nov. Anno Salutis 1644.

Illustrissimis Dominationibus Vestris

Illustrissimis & Generosissimis Nobis perquam dilectis, Domino
CLAUDIO de MESMES, Comiti d'AVAUX, Commendatori Re-
gii Ordinis: Et Domino ABELI SERVIEN, Comiti de ROCCA, &c.
Christianissimi Regis Galliarum Legatis ad Pacis Tractatus in
Germaniâ Deputatis Plenipotentariis & Legatis.

amicus officiosus.

CHRISTIANUS, M.B.

N. II.

Serenissime ac Potentissime Rex, Domine Cognate honoratissime.

N. II.
Ejusdem Ant-
wort- Schrei-
ben an den
König in
Frankreich.

Non sine singulari gaudio & reverentia accepimus & legimus Serenitatis
Vestras literas, Lutetiæ Parisiorum die 20. Mensis Augusti anni currentis
ad Nos eum in finem datas, ut perspectam cognitamque haberemus sinceritatem
affectus Reg. Serenit. Vestras ad pacis reductionem & firmamen-
tum propensissimi, minimeque eo inclinantis, quasi mundo vana saltem si-
gna & apparentias exhibere velit: quodque res ipsa declaratura sit in Con-
gressu Monasterii, quod prosper rerum successus Serenitatem Vestram non in-
flet, quin potius intentio omnis dirigatur ad salutem & tranquillitatem Chri-
stianitatis, quodque prævia hac contestatione & animi declaratione, Regia
Serenitas Vestra immediate Nos invitare voluerit ad condictam Urbem
Monasterium, ut ibidem eodem spiritu, Pacis nimirum, & secundum re-
gulam æquitatis & justitiæ, procedere velimus.

Gratulamur in hoc nunquam satis laudando proposito non solum Regiæ
Serenitati Vestræ, sed etiam Patriæ Germanorum Nostrorum jam satis per-
turbatæ, ac universo Christianorum Orbi. Et sic Regia Serenitas Vestra
nomen illud immortale, nimirum Pacifici, adipiscetur.

Ωη

Et

1644.
Nov.

Et cum non admodum dudum Conventus Principum & Staruum Circuli Franconici habitus, ac ibidem deliberatio de hac re tam ardua tamque saluberrima instituta fuerit, unanimi votorum consensu conclusum fuit, quod Legatio ad hos Pacificationis Tractatus, nomine totius Circuli, Monasterium & Osnabrugam sit abeunda, propterea sine dubio brevi temporis spatio, iter hoc, ut quamprimum suscipiatur, quantum in Nobis erit, invigilabimus, & si ulterius in recuperatione desideratissimæ Pacis quidquam conferre possumus, nihil intermitteremus. DEUM T. O. M. Imperiorum & Regnorum Præsidentem & Custodem, æternum illum Pacis Principem, oramus & obtestamur, ut saluberrimo huic conatui, propitio suo nunc adeste, omnia dirigere & ad optatum finem perducere dignetur. DEO Summo Regiam Serenitatem Vestram devote commendantes. Dabantur in Aula Nostra Baruthi d. 16. Nov. An. M. DC. XLIV.

1644.
Nov.

Regiæ Serenitatis Vestræ.

Observantissimus,
CHRISTIANUS, M. B.

N. III.

JOANNES GEORGIUS &c. Elector.

N. III.
Des Churfür-
sten zu Sach-
sen Antwort
an die Fran-
zösische Lega-
tos.

Generosi & Magnifici Viri. Quas Serenissimo Galliarum Regi 20. Augusti ad Nos perscribere, vobisque 4. Septembris addere placuit, eas in hospitium Legati nostri Mæno Francofurti degentis, a quodam mechanico allatas, tandem accepimus, gavisi imprimis, quod Serenitas Regiæ de suo in pacificatione Orbis Christiani studio Nobis contestari, & ut ablegatione Ministrorum nostratium, eodem labores Nostros contribuere, suæque Regiæ Serenitatis desiderium, operi ipso exequendum advertere velimus, Nos cohortari voluerit.

Gratulamur Regiæ Serenitati Suæ, quæ maximæ cuique fortunæ minus credere proficetur, & ut eodem sistat animo, incertumque belli eventum pacis amenitati subjicere pergat, exoramus, non dubitantes, sepositis (ut fama fert) quæ huc usque circa Præliminaria occurrere, dubiis, Serenissimi Regis postulata eos tandem exposituros, & ansam Tractatibus in eundis, pacique cum DEO perficiendæ, sine longiori mora facturos. De Cæsaris Nostri in id promptitudine, non est quod sinistri quid suspicemini; de eo etenim certa nobis stat sententia. Eum tenore juratæ Capitulationis, re præstiturum ipsa, ut sua constet Imperii salus & integritas, & pristina vicinis jura maneant illibata. Cui si quid conferre poterimus, nihil quicquam in Nobis desiderari patiemur: benevole contententes, ut authenticum responsi, Serenitati Regiæ nuncupati, suo loco curetis, & quod in vobis est, mutuæ integritati pristinaeque concordia restaurandæ manus alacres præbeatis. Dabantur Dresdæ die 5. Novembr. An. 1644.

Ad Legatos Regis Galliaë Mo-
nasterii Westphalorum jam
degentes.

N. IV.

N. IV.
Ejusdem Ant-
wort: Schrei-
ben an den
König in
Frankreich.

Serenissime Rex. Regiæ Serenitati Vestræ salutem dicimus & operam nostram in omni officiorum genere paratissimam offerimus, Domine & Confanguineæ charissime.

Regiæ Serenitatis Vestræ literas XX. mensis Augusti nuper elapsi die, nomini nostro inscriptas, junctis iis, quas Regiæ Serenitatis Vestræ Lega-
ti

1644.
Nov.

ti Munsteræ addiderant, Consiliarius noster Mæno-Francofurtano Statuum Conventui deputatus, ad nos transmissit, hac relatione addita, non suis illas manibus oblatas, aut ordinario cursore perlatas, sed in hospitium suum per quendam obscuræ notæ hominem, imo puerum mechanicum, timidiuscule quasi, famulis insinuat: Dolendum nobis magis, de indigno tantarum literarum latore, an gaudendum de contestata in iisdem Regiæ Serenitatis Vestræ in pacificando Orbe Christiano promptitudine, incertum apud nos manet: Etenim Martium illum furorem tam divino Numini, quam bonis quibusque, per se nimio opere detestabilem esse, scimus; detestabiliorem, quem Vicini inter se alere non desinunt; maxime execrandum, cui ejusdem Regni cives, & quidem Christiani, sese obnoxios reddunt.

1644.
Nov.

Ut furor ille cruentus, inter Imperii Romano-Germanici Status utriusque Religionis addictos, majorem in partem ante novennium, & quod excedit, finem suum sortitus sit, singulari Dei Optimi Maximi benignitate factum est: Qua tandem ratione exterorum arma tranquillitatem Germaniæ sint concessura, non absque singulari desiderio expectamus.

Laudabile ex literis transmissis Serenitatis Vestræ Regiæ in promovenda pace studium lubenti animo accipimus, eidemque congratulamur, quod in secundis etiam rebus bonam mentem, non ea solum, quæ evenerint, sed & quæ evenire possint, reputantem profiteatur, enixe rogantes, ut in illo proposito Regiæ Vestræ Serenitas inoffense pergere, & Legatos Suos ad invidiosos quocumque bono cum DEO Pacis Tractatus, exponendaque Regiæ Serenitatis Vestræ postulata, instruere velit; collaturi ex nostra parte tranquillando Imperio & vicinis Regnis operas, viribus nostris possibiles, legibus patriæ adaptatas, muneri nostro congruas.

Et licet jam ante complures annos, non modo in Electorali, sed & universali Conventu, ex Collegio Septemvirali deputati sint, qui ejusdem nomine in uno vel altero Tractatu loco se sistant, & quæ e re Imperii sunt, in commune consulant, adeoque nostrarum non sit partium, ejusmodi conclusa infringere: eo tamen enixe laborabimus, ut vel neglectæ vel impeditæ pacis notam, apud æquos rei censores, jure merito nunquam incurramus; sed, quod e re & occasione videbitur, effectui dedisse videamur, eandem Serenitatis Vestræ Regiæ mentem, ex testimonio literarum transmissarum, opere ipso nobis spondentes, Eique valetudinem commodam exoptantes. Dabantur Dresdæ die 5. Novembr. Anno 1644.

JOHANNES GEORGIUS, Elector.

Ad Regem Galliarum.

N. V.

Illustrissimi Domini, Amici singulariter Nobis Dilecti,

N. V.
Churf. Freie-
derich Wil-
helms zu
Brandenburg
Antwort:
Schreiben an
die Französische
Gesand-
ten.

Accepimus Illustrissimarum Vestrarum Dominationum iisque annexas Regis Christianissimi ad Nos perscriptas literas: ex quibus Illustrissimarum Vestrarum Dominationum indefessum studium, curam & sollicitudinem, ad promovendam in sacro Romano Imperio totaque Christianitate Pacem, abunde fatis cognovimus; Cui quidem salutari rei, & Nos quoque a primordio regiminis Nostri, usque huc pro virili incubuimus, & spe indubia sustentamur, summum æternumque Pacis authorem, vota & desideria Nostra haud irrita finitum; sed Nostris tam piis conatibus superne benedicturum, utque iidem felicem tandem sortiantur exitum, clementer largiturum. Cæterum quemadmodum præfatis Christianissimi Regis literis responderimus, Illustrissimis Vestris Dominationibus ex adjuncto exemplari cernere, erit inte-

D q 2

grum

1644.
Nov.

grum, cujus præfens Originale, ut Regiæ Eius Dignitati debito modo infinuatur, Illustrissimæ Vestræ Dominationes haud gravate curabunt, quas de reliquo optime valere cupimus, Nostramque Electoralem benevolentiam iisdem prolixè hinc deferimus. Dabantur ex arce nostra Colonienfi ad Spream die 18. Octobr. Anno reparatæ salutis M DC XLIV.

1644.
Nov.

Ad
Regis Christianissimi extra-
ordinarios in Germania,
ad Pacis Tractatus Le-
gatos.

N. VI.

Serenissime & Potentissime Rex, Domine Cognate & Affinis plurimum colende.

N. VI.
Ej. Antwort
Schreiben an
den König in
Frankreich.

Regiæ Vestræ Dignitatis literæ, Lutetia Parisiorum die XX. nuper elapsi mensis Augusti, ad Nos perscriptæ, paucis ab hinc diebus, rite Nobis hic fuerunt traditæ. Perspeximus exinde, summum & singulare Pacis studium, cujus toti Christianitati reddendæ, Regia Vestra Dignitas amore flagrare videtur.

Ejus non satis deprædicandæ rei nomine, non secus ut Regiæ Vestræ Dignitati, haud infimæ debentur laudes: ita ut in tam pio & honesto, vere Regio proposito, constanter perseveret, est, quod Regiam Vestram Dignitatem sedulo obscremum.

Nobis certe, Pacis cupidissimis, non aliud quicquam, quam idem votum, unice curæ & cordi est; Neque etiam Sacram Cæsaream Majestatem, reliquosque Sacri Romani Imperii Principes & Status universos, ab eodem alienos esse cognoscimus. Quod vero Legatos Nostros huc usque Monasterium Westphalorum & Osnabruggam, minus ablegaverimus, non nullæ extiterunt causæ, quæ Nos nec non Dominos Electores nostros, a Sacra Cæsarea Majestate, circa supradictum salutare Pacis negotium, tanquam Mediatores constitutos aliquantulum retraxerunt.

Quam primum vero eadem fuerint remotæ, ut Legati Nostri quantum illuc adveniant, nullam in Nobis desiderari patiemur moram. Interea perquam gratum intellectu nobis accidit, Regiam Vestram Dignitatem Plenipotentiariorum Suos sufficienti, ad publicam omni ope promovendam concordiam, benigne instruxisse Regio Mandato. Quod restat, Regiæ Vestræ Dignitati diutinam valetudinem ex animo vovemus & comprecamur. Datæ ex arce nostra Custrinenfi, die 17. mensis Octobris, Anno reparatæ salutis M DC XLIV.

Ad
Christianissimum Regem Gal-
liæ & Navarræ,
LUDOVICUM XIV.

§. XLVI.

Die Kayserl.
und Schwed.
Vollmachten
werden end-

Zu Münster hatte es nun so weit mit denen allerseitigen Vollmachten seine Richtigkeit erlanget, daß es nur noch auf die Aufwechselung der Originalien, wann

solche von denen respective Höfen zurück kommen würden, beruhete. Zu Osnabrück aber, obschon zwischen den Kayserlichen und Schwedischen Gesandten über die Formu-

sich auch zu
Osnabrück
ausgewech-
set.

Formu-